



JOANNIS DUNS
SCOTI,
DOCTORIS SUBTILIS
ORDINIS MINORUM,
THEOLOGORUM OMNIUM PRINCIPIS.

Super Tertium Sententiarum Quaestiones exactissimæ.

DISTINCTIO PRIMA.

POSTQUAM Magister in primo lib. determinavit de Deo quantum ad rationem sue naturalis perfectionis, & in secundo libro determinavit de ipso Deo, in quantum ejus perfectio refulcet in operibus creationis. In hoc tertio determinat de Deo, in quantum ejus perfectio refulcet in operibus restorationis. Et circa primam distinctionem hujus tertii quaeruntur quinque. (a) Primo, utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi. Secundo, utrum tres personæ possint assumere eandem naturam numero. Tertio, utrum una persona possit assumere plures naturas. Quarto, utrum suppositum creatum possit sustinere hipostasice aliam naturam creatam. Quinto, utrum formalis ratio terminandi istam unionem sit proprietas relativa (b).

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum possibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate suppositi.

CIRCA primum arguitur quod non, quia actus purus, & ingenuus non est alicui composibilis (ut probatum est *distinct. 8. primi lib.*) Verbum est talis actus; ergo, &c. (c) Præterea, inter unibilia est aliqua proportio; finiti ad infinitum nulla est proportio;

A 3

Ver-

a a. l. suis. b a. l. unionem. c prima.



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTUDIO DE NUEVO LEON.

132615

Verbum est infinitum, (a) natura humana est finita; ergo non sunt unibilia Præterea; contraria non possunt simul esse propter eorum repugnantiam; natura creata, & increata plus repugnant sibi invicem quam contraria, quia contraria sunt in eodem genere, non sic creata, & increata natura, quæ, ergo &c. prima probatur per Philosophum 4. Metaph. ubi arguit, quod si contraria essent simul in eodem, & contradictoria essent simul vera.

Præterea, incarnare est agere, ergo incarnari est pati; Verbum divinum non patitur; ergo non incarnatur. Probatio consequentia, quia omni actioni correspondet aliqua propria passio. Et si negetur hoc propter instantiam de amare, & amari; ergo eodem modo de unire, & uniri. Non valet instantia, quia illa est actio immans, cui non correspondet passio aliqua in objecto; sed incarnare est actio transiens in objectum extra, igitur sibi correspondebit passio aliqua.

Præterea, per aliquas rationes speciales arguitur; & primo ex parte naturæ assumptæ; quia eadem natura humana est hæc per se existens; & personarum personalitate creata; sed natura non potest assumi, nisi sit hæc per se existens; igitur non potest assumi, nisi personarum personalitate propria, sed si sit sic personata, non potest assumi a persona increata; igitur est inassumibilis: igitur &c. Probatio prima propositionis, quia per se existens in natura intellectuali est persona; probatio secundæ propositionis, quia non potest assumi, nisi actu existens; & hoc existentia sibi propria: sed existentia propria naturæ quæ est substantia, est per se existentia, Probatur etiam eadem propositio, quia sicut natura creata se habet ad singularitatem; ita natura intellectualis, saltem singularis videtur se habere ad personalitatem; sed natura creata, ita est singularis quod non potest manere eadem sine sua singularitate; igitur nec natura intellectualis singularis potest manere eadem sine sua personalitate. Secundo sequitur ex parte assumens, quia quæ sola ratione distent, unum non potest esse ratio unionis realis; & non alterum: persona & essentia sola ratione differant, alias videretur esse compositio in divinis; igitur &c. maius probatur, quia cum unio realis sit ad aliquam rem, secundum quod habet esse rationis præcisè istam unionem præcisè, secundum quod habet esse rationis præcisè causatum per actum intellectus; igitur si unio est realis, & illa realiter sunt tantum unum, (b) totum, quod est ibi, terminat istam unionem realem. Præterea, omnis dependentia est ad independens, & ad absolutum (ut videtur) persona divina in quantum talis non est absoluta; igitur natura non dependet ad personam in quantum persona; sed non uniter personæ nisi dependat a persona in quantum persona; igitur non uniter personæ. Tertio, arguitur ex parte

te unionis, quia omnis dependentia alius ad alterum, vel est causati ad causam, vel causati posterioris ad causatum prius, hoc videretur manifestum in omnibus dependentiis: natura humana non dependet ad Verbum, ut causatum posterioris ad causatum prius, quia in principio erat Verbum; per quod creata sunt omnia, nec dependet ad ipsum præcisè, ut causatum ad causam; quia si dependet ad ipsum, ut ad causam, terminus istius dependentiæ est communis tribus personis; (a) igitur &c. Oppositum 16. 1. Verbum caro factum est, ubi caro pro homine sumitur, secundum Augusti.

SUPPONENDO partem affirmativam; et inquam articulum fidei, principale inter illa, quæ respiciunt temporalia, ad intelligendum istam possibilitatem tria sunt videnda. Primo, quid debeat intelligi per unionem personalem. Secundo, qualiter ipsa sit possibilis ex parte personæ quæ assumit, ita quod ex parte eius non invenitur repugnantia. Tertio, qualiter sit possibilis ex parte naturæ, quæ assumitur, ita quod ex parte eius non invenitur repugnantia.

AD PRIMUM dico; (b) quod ista unio non dicit per se aliquid absolutum, quia quocunque absoluto intellecto in altero extremo, non intelligitur perfecta ratio unionis, quia unio non intelligitur ad se; sive igitur concommitetur absolutum in uno extremo, sive in duobus, cum non sit nihil, saltem dicit unio relationem, non autem communem, quæ fit subiectum rationis in utroque extremo; qualis est similitudo, quia non est habitudo eisdem rationis in natura assumptæ, & personæ assumens; persona autem assumens nullam habet relationem realem ad naturam creatam, ut distinct. 30. 1. lib. 6. converso autem, nisi natura assumptæ aliquam haberet relationem ad assumens, nihil intelligeretur per se istam unionem, nec illa relatio in natura assumptæ est tantum res rationis, quia tunc ipsa unio non esset realis. Est igitur ista unio relatio disjunctivæ realis in uno extremo, cui in altero nulla relatio correspondet, vel saltem nulla realis; & ita relatio ista est ordinis in uno extremo realiter. Non est autem ordinis causati ad causam; quia illa est communis ad totam Trinitatem, utque causati posterioris ad causatum prius, quia Verbum non est aliquid causatum. Est igitur relatio ordinis sive dependentiæ alterius rationis ab omni dependentia & ordine causati ad causam; & causati posterioris ad causatum prius, quia illa est universalis ratione naturæ in utroque extremo. (c) Et licet difficile sit videre aliquam dependentiam esse talem, tamen ista potest patere aequaliter in subiecto, & accidente. Accidens enim ad substantiam, sive ad subiectum suum duplicem habet habitudinem, scilicet informatam ad informatum, & ista necessario includit in perfectionem in subiecto informato, eo scilicet quod potentialitatem habet respectu actus secundum quid licet: accidentalis. Aliam habet

Boetius in arithmetica. 8. Phys. 1. c. 15. & prior. 2. c. 6. 6. Bar. vide infra dist. 6. q. 1. sol. 1. princ. 1. c. 9. 7. 27.
b. a. l. unitate.

a. Vide 19. q. 1. b. Jo. 1. vide in enchir. c. 33. & 4. Trinit. c. 21. & 14. c. 2. & super Joan.
c. ad universaliter.

ut posterioris naturaliter ad prius, a quo dependet, non ut ab aliqua causa, quia si haberet subiectum pro aliqua causa, haberet ipsum pro causa materiali, & hoc est inquantum innotat ipsum; si igitur istae duae habitudines accidentis ad subiectum ab invicem distinguantur, altera necessario est ad subiectum sub ratione imperfectionis in ipso subiecto scilicet potentialitatis. Altera nullam imperfectionem necessario ponit in eo, sed tantum prioritatem naturalem, & sustentationem respectu accidentis. Huius simillima est ista habitudo, quae est dependentia naturae humanae ad personam divinam; quae est extra omnem dependentiam causati ad causam; haec etiam non habent pro termino primo naturam, sed personam inquantum persona, ista quod sicut entitas naturae est alterius rationis ab entitate propria personae ut persona, ita dependentia ad talem esse, & talem est alterius, & alterius rationis.

De secundo dico, quod si repugnaret personae divinae sic assumere, aut terminare dependentiam naturae humanae, aut hoc esset inquantum est persona divina, aut inquantum est haec persona. Non primo modo; quia istud terminare dependentiam non infert aliquid repugnans personae divinae, quia nec compositionem, nec potentialitatem, nec limitationem. Non enim oportet, nisi quod terminans istam dependentiam, sit in se aliquid independens, habens entitatem talem, qualis requiritur ad terminandum istam dependentiam; nec requiritur aliqua compositio, nec potentialitas. Patet, nec dependentia in persona divina, quia non oportet eam realiter relinqui, sed tantum terminare dependentiam naturae humanae assumptae relatae ad eam. Nec secundo modo, est aliqua repugnantia ex parte divinae personae inquantum haec, puta quod haec persona una assumit, & non alia; quia licet respectus consequens naturam, vel terminare talem respectum sit commune tribus, & ideo omnis casualitas respectu creaturae conveniat tribus, non tamen oportet, quod iste respectus: qui non consequitur entitatem quidditativam, sed personalem, sit communis tribus. Nam omnis entitas personalis independens potest sufficienter terminare istam dependentiam; talis est entitas propria cuiuscunque personae, etiam ut distinguatur ab alia; igitur &c. (a) Sed istud probatur aliter, quia persona divina creatrix, & includit in se virtualiter perfectionem cuiuslibet personae creatrix; ergo respectu naturae creatrix supplere potest vicem personae creatrix ad terminandum istam dependentiam naturae creatrix. Illud argumentum dupliciter desicit. Primo secundum eos qui sic arguunt, quia ponunt realitatem personalem non esse perfectionem simpliciter; illud autem quod est ratio continendi multas perfectiones virtualiter, & quantum est de se, infinitas, oportet quod sit perfectio simpliciter: persona autem divina, si contineret realitatem unius personae creatrix per idem & infinitas, & ita entitas personalis eius esset perfectio simpliciter, quod ipsi negant.

Pre-

Præterea, ita perfecta continetur et in essentia divina creatrix naturae creatrix, sicut in persona divina respectu personae creatrix, in quo ad aliquid magis, quia essentia est absolute infinita, non sic entitas personalis, sed ipsa essentia ex perfectione sua non potest esse formaliter essentia alicuius personae creatrix, ut suppleat totaliter vicem naturae creatrix, quam tamen continet virtualiter; igitur nec multo magis persona illa potest supplere vicem illam respectu personalitatis creatrix. Ideo non arguo ex perfectione entitatis personalis, quasi ipsa contineret virtualiter aliquam personalitatem creatrix, sed ex hoc quod illa entitas personalis est independens, & independens inquantum tale potest terminare dependentiam alterius ad ipsum, quod natum est habere terminum talem. Ista autem dependentia nata est habere personam pro termino, & non naturam; igitur persona divina independens potest sufficienter terminare talem dependentiam naturae creatrix ad ipsam.

Tertius Articulus est difficilior, quia ibi oportet ostendere distinctiōnem singularitatis naturae creatrix a personalitate creatrix: probatur tamen propositum tripliciter. (a) Primo, quia singularitas præcedit naturaliter personalitatem. Deus igitur potest influere ad singularitatem; sicut ad prius naturaliter, non influendo ad personalitatem, & ita potest provenire in illo instanti, in quo natura singularis debet personari in se, ne ipsa personetur in se, sed in alio. Secundo, quia illud quod est unius generis potest habere modum alterius generis, ut patet de accidente per se existente in Euclidiis; (b) igitur sicut accidens potest habere modum substantiae, ut ibi apparet, ita substantia potest habere modum accidentis e converso, scilicet dependere, sed hoc posito ex parte naturae humanae, quae est substantia, salvatur dependentia; & unio illa quae dicta est, ergo &c.

Tertio arguitur, quia quanto aliqua sunt magis diversa, tanto magis sunt ad invicem inabilia; hoc probatur inducivis; quia individua eisdem speciei sunt minime inabilia; res diversorum generum sunt magis inabiles, quam aliqua eisdem generis, ut patet de subiecto & accidente; igitur cum maxime diversa sint creatum, & increatum, quia non unius generis, sequitur quod ipsa erunt maxime inabilia, quia nunquam potentiale respectu alterius.

Illa rationes non ostendunt propositum. Prima non: quia si ipsa valeret, probaret quod Deus posset facere naturam simul manentem & non singularem, vel si singularem primo hac singularitate posset eam etiam manentem postea facere singularem alia singularitate. Præcedit enim naturaliter natura ut natura, seipsam ut singularem, quod si negetur naturam posse fieri non singularem hac determinata singularitate, & ipsam posse manere, nisi sub eadem singularitate, multo magis sequitur hoc de natura singulari, & eius personalitate, quia

a *Var. lib. 3. q. 1. vide S. Th. in 3. dist. q. 9.*

a *Varro. ubi sup. & Henr. in sum. vol. 3. q. 5.*

b *Henr. ad 1. q. 1. & 2. q. 1. & 2. q. 1. & 2. q. 1. & 2. q. 1. & 2. q. 1.*

quia hæc est ultima actualitas ejus (a). Secunda ratio, videtur peccare; quia modus ille, quod vere est proprius unius generis, non convenit alicui alterius generis; sicut enim est illi proprius, ita est cuiusqueque alii impossibile. Nec quod adducitur de accidente separatim concludit proprium, quia non habet illum modum, qui est proprius substantiæ, modus enim substantiæ est per se esse naturaliter; hoc est in essendo non inclinari naturali aptitudine ad aliud, non se autem accidens separatim. Et si adducatur illud 9. *Metaph.* quod differentia (b) substantiæ habet modum qualitatis. Respondetur, quod non intelligit ibi Philosophus de modo proprio qualitatis, ut generis, sed inordinat ibi ponere multipliciter huius vocabuli qualitatis, & unus modus ejus est secundum quod differentia substantiæ dicitur *qualitas*. Ille modus huius nominis *qualis*, non convenit alicui speciei qualitatis, ut est genus, nec ille modus est modus proprius generis qualitatis, sed tantum est modus istius, quod dicitur *quale* in communi, igitur in proposito oportet ostendere distinctionem naturæ a personalitate creatæ per aliud: quam per illud. Tertia ratio non videtur concludere, quia ratio unionis non requirit distantiam unibilium, nisi propter potentialitatem in uno extremo, & actualitatem in altero extremo; sicut patet de subiecto, & accidente, quæ se habent ad invicem sicut potentia, & actus. Ista ratio non concludit de istis maxime distantibus scilicet Verbo & natura creatæ, quia neque Verbum est formaliter actus naturæ creatæ, neque natura creatæ est formaliter potentia, respectu Verbi, neque e converso, quia tunc eis naturaliter natum esset fieri unum.

IDEO PROPTER istum totium articulum, (c) oportet videre quomodo se habeat illud, a quo natura intellectualis dicitur persona, ad illud a quo natura talis est singularis, & individua, & patet quod non eodem formaliter, & ultimate est individua, & personata hæc personalitate creatæ: quia secundum *Dam. lib. 3. c. 11.* Verbum assumptum naturam in a thomo, non tamen personam. Quia autem sit illud proprium (d) quo natura est personata, due videntur viæ probabiles. (e) Una quod persona sit persona per aliquod positivum in natura ultra illud, quod natura est individua, & hoc viæ illud positivum sit absolutum, sive respectus. Alia viæ (f), quod per solam negationem additam naturæ sit persona. Prima via posset poni aliquo modo proportionabiliter ei quod dictum est in 2. *lib. de individuatione distinct. 3.* quod ficut est aliqua realitas propria, qua natura est hæc, ultra illam qua natura est natura, & hæc non est formaliter illa, ita ultra utranque istarum esset realitas aliqua, qua posset natura personari, & illa neutri istarum esset formaliter eadem. Secun-

a Scot. arguit contra seipsum hic, vide 19. q. quod. ideo dicitur quod sunt persuasiones. b i. c. 19. c Barr. totum hunc progressum invenies. 19. q. quod. art. 3. d Quæritur maximum Alani. e par. 1. c. 2. & 6. quærit. f q. 17. huius.

cunda via negat omnem realitatem positivam constitutive personam, & ponit illam realitatem, qua natura est hæc esse ultimam entitatem positivam, & ultra hanc non esse nisi negationem aliquam, qua dicitur aliquid esse subsistens in naturæ intellectuali, & persona.

CONTRA primam viam arguo quadrupliciter. Primo, quia tunc esset aliqua entitas positiva in natura humana que esset inassumptibilis a Verbo. Probatio consequentia. Illi enim illius entitatis, quam addit persona ultra singulariter repugnatet contradictorie communicati, sicut natura communicatur supposito. Patet quia persona est incommunicabilis existentia, & ita repugnatet sibi contradictorie assumi; consequens videtur in convenientes (d). Tum quia secundum Damasc. 25. quod est inassumptibile est incurabile. Tum, quia omnis entitas positiva creatura æque est in potentia obedienti respectu personæ divinæ. Secundo, quia sequitur quod natura, que iam assumpta est a Verbo, careret illa entitate positiva, que tamen ponitur ultima, & quasi actualissima, & determinatissima in natura tali. Et si non videtur inconveniens concedere naturam istam carere ea, arguo quod ista natura non posset dimitti sibi, quin oportet dari sibi aliam realitatem ab ea quam habet, scilicet personalitatem; vel remaneret non personata, quia tunc non esset personata, sine illa realitate, & illam nunc non habet; ergo oportet istam de novo illi naturæ dimitti dari. Immo sequitur tertio quod ista natura non posset dimitti, & esse personata, quia talis realitas, non potest esse realitas natura (sicut ostensum est in 2. *dist. 3. q. de individuatione*) nec potest contineri per identitatem in aliqua natura, que non est eadem sibi; quicquid enim non continet aliquam realitatem per identitatem manens idem, non potest eam continere per identitatem. Quarto, sequeretur quod natura intellectualis posset fieri hæc, & actu existens, & nullo modo personata. Pius enim naturaliter posset fieri, & non sub ista realitate, qua personatur; quia ex quo ista realitas, & non sub ista realitate, nec formaliter eadem naturæ: & natura ut natura est naturaliter prior seipsa, ut est sub ista realitate, posset fieri non sub ista realitate, & in secundo instanti naturæ, quo assumitur a Verbo non esset necesse Verbum tunc eam assumere: posset ergo tunc illam non assumere, & ita relinquere sibi, & tunc non esse personata aliqua personalitate creatæ, nec increata.

CONTRA secundam viam videntur esse multa. Primo, quia ista negatio non posset poni, nisi in dependentia ad personam extrinsecam; sed si ista sit hæc ad personalitatem propriam; tunc anima separata esset persona, quod est falsum secundum Ric. 10. de *Trin. c. 23.* Secundo, quia eadem argumenta videntur esse contra istud, quæ sunt contra illud, quod ingenitum sit proprietas constitutiva Patris, 2. *lib. 4. dist. 28.* Nulla enim negatio potest esse de se incommunicabilis, sed tantum per affirmationem (b) & ita cum de ratione personæ sit incommunicabilitas, nulla persona potest esse formaliter persona per

negationem. Similiter (ut arguitur est ibi) nulla negatio potest inesse alicui subiecto proprio, sed tantum per affirmationem, quia negatio absoluta, & libera est communis enti, & non enti; ergo negatio ista, qua persona est persona, non est propria illi personae, nisi ponatur aliqua affirmatio propria illi personae, & ita prius est persona per affirmationem, quam per negationem. (a) Quarto, quia sicut arguitur est in quaest. de individuatione, dividi est imperfectio; ergo necesse est illud quo repugnat alicui dividi, esse entitatem positivam, & ex hoc conclusa est entitas positiva, qua natura est individua, & indivisa. A simili arguo in proposito, dependere ad personam extrinsecam est imperfectio: igitur non dependere sive repugnare taliter dependere, non potest esse nisi per alicuiam entitatem positivam.

NON ASSERENDO, potest manifestari inter istas vias, nec concedendum cum prima via aliquam entitatem positivam esse in natura Intellectuali increata, cui repugnet contradictorie communicari communicatione aliqua repugnante personae, quia nulla videtur entitas positiva in natura creata; quae non sit possibilis dependere ad Verbum, & ita communicabilis eo modo, quo dicitur natura communicari supposito, ut qua suppositum dicitur ens in natura, pura humanitate dicitur homo, & hac humanitate hic homo. Nec cum secunda concedendum est quod sola negatio dependet ad personam extrinsecam est completivum formale in ratione personae creatae, quia (sicut arguitur est) tunc anima separata esset persona. (b) Sed distinguendum est inter dependentiam actualem, potentialem, & aptitudinalem, & hoc vocando aptitudinalem; quae semper quantum est de se esset in actu; quo modo grave aptum natum est in centro ubi semper esset, quantum est de se, nisi esset impeditum; & potentialem voco absolute illam, ubi nulla est impossibilitas ex repugnantia, vel incompatibilitate terminorum, & ista possibilitas potest esse quicunque respectu potentiae adivae supernaturalis, non tamen naturalis. Licet igitur sola negatio dependet actualis non sufficit ad rationem personae; neque independentia tertia possit poni in natura creata ad Verbum: nulla enim est natura, vel entitas creata cui repugnet contradictorie dependere ad Verbum, tamen negatio dependet aptitudinalis, potest concedi in natura creata personata in se ad verbum, aliquis violenter quiesceret in persona creata, sicut lapis violenter quiescit sursum, & ita ista negatio scilicet non dependetia, non quidem actualis tantum, sed etiam actualis & aptitudinalis, talis complet rationem personae in natura intellectuali, & suppositi in alia natura creata; nec tamen haec independentia aptitudinalis; ponit repugnantiam ad dependentiam actualem, quia licet non sit aptitudo talis naturae ad dependendum, est tamen aptitudo obedientiae: quia natura illa est imperfecta obedientia, ad dependendum per actionem agentis supernaturalis, & quando datur sibi talis dependentia, personatur personalitate illa, ad quam dependet; quando autem non datur, personatur in se ista negatione

tot.

formaliter, & non aliquo positivo addito ultra illam, entitatem positivam, qua est haec natura.

PER HOC AD argumenta contra illam viam negatione, patet ad primum. Ad aliud quando arguitur, quod negatio de se non est incommunicabilis (a). Respondeo, (sicut dictum iuit dist. 2. lib. 5. 23.) incommunicabile quod pertinet ad rationem personae excludit duplicem communicabilitatem, videlicet communicabilitis, ut quod, & ut quo, natura autem creata est incommunicabilis primo modo, quia singularitate. Singulare enim non est communicabile ut quod, nisi sit illimitatum, ut essentia divina: sed natura creata non est incommunicabilis, ut quo, nisi intelligendo per incommunicabile negationem communicationis actualis, & aptitudinalis, non autem intelligendo repugnantiam formalem utrique communicationi.

Contra; tunc non videtur persona esse univoca in divinis, & in creaturis, quia ibi est aliquid formaliter incommunicabile, cui repugnat utroque modo communicari, hic non, immo non videtur esse persona, quia non habet distinctionem personae. Respondeo iste conceptus incommunicabilis, qui negat communicationem actualem, & aptitudinalem univocus est Deo, & creaturae, personae divinae, & creaturae; negatio enim est univoca multis, quando idem affirmatum a pluribus negatur: sed negatio communicabilitatis quae includit repugnantiam ad communicari, non est univoca, quia non convenit creaturis, & hoc modo concedo non esse personam in creatis. Unde si incommunicabile prout pertinet ad rationem personae perfectae dicit non tantum negationem communicationis utroque modo, sed etiam repugnantiam ad communicari, nulla erit perfectae personae, nisi divina. Illa enim includit aliquid absolute, quo contradictorie repugnat sibi communicari quocunque modo, & ut quod, & ut quo, persona enim divina non tantum habet negationem communicationis actualis, & aptitudinalis, sed etiam habet repugnantiam ad communicationem, & ut quod, & ut quo, & repugnantia talis nunquam potest esse, nisi per entitatem positivam; & ideo sequitur personam istam nunquam esse sine tali entitate; sed persona creata quia non repugnat ei communicari, cum sit in potentia obedientialis non est sic incommunicabilis, & ideo non oportet sibi tribuere talem entitatem personalem. Ex hoc patet, qualiter ista ratio prius concludit propositum de ingenito, non autem hic. Istud diffundit facilius videri potest, si videamus differentiam inter negationem nudam actus, & negationem aptitudinalis, & negationem quae requirit repugnantiam. Prima est in gravi existente sursum respectu ubi in centro, secunda est in superficie nigra, respectu albedinis; si est in potentia neutra ad ipsam; tertia est in homine respectu irrationalis. (b) Est licet negatio sit unius rationis in se, tamen distinguitur comparando ad illud, cui inest respectu tertia; ita hic negatio potentiae dependendi, nulli creato convenit, negatio aptitudinalis inest cuilibet naturae personabili in se, etiam quando actu dependet

qui.

quia actum supernaturalalem non communicatur aptitudo in natura, cum sit tantum in potentia obedientiali ad ipsum (a); negatio actus inest animæ separatae: nec secunda negatio sola, nec tertia negatio sola sufficit ad perfonatam in se, (b) sed arguo simul cum prima, quæ non potest haberi hic. Ad tertium dico, quod negatio potest dici propria, quia non est communicabilis multis, ut quod, & ita negatio in creaturis est propria per istam entitatem positivam, quia natura est hæc, cui repugnat communicari multis, ut quod, vel potest intelligi propria, idest non communicabilis alii, ut quis; & sic non est in creaturis. Ad quartum concedo, quod si dependere repugnetur alicui creaturæ repugnetur ei necessario per aliquod positivum; sed nulli potest repugnare, quia omnis entitas creata non solum dependet ad incrementum, ut ad causam, sed etiam potest dependere hac speciali dependentia.

SED CIRCA istum articulum tertium est alia dubitatio; an sit aliqua entitas absoluta nova, quæ sit proprium fundamentum huius relationis novæ, scilicet dependentiæ, & unionis ad Verbum, ita quod ipsa posita non possit eam non consequi relatio ejus ad Verbum; videtur quod sic, quia alias mutatio esset primo ad relationem, & a relatione, quia si Verbum dimitteret illam naturam absolutam assumptam, relatio unionis non esset; & per te nullum absolutum novum esset; ergo mutatio primo, esset a relatione; similiter si assumeret naturam modo personatam in Petro, si non oporteret aliquod novum absolutum advenire ad hoc, ut personaretur a Verbo, primus terminus huius mutationis esset relatio nova, sed consequens illud esset contra Philosophum, s. Phys. quia *In ad aliquid non est motus nec materia*, (c) Contra etiam per rationem, quia relatio non videtur esse nova, nisi aliquid absolutum sit novum in altero extremo, si enim aliquid omnino eodem modo se habet in se; ergo ad quodlibet alterum, nihil autem est novum in verbo in se, nec in natura assumpta, nisi fit aliquid absolutum novum; ergo tale absolutum novum oportet ponere.

SED OPPOSITUM videtur probabilius, quia illud absolutum esset necessario unitum Verbo, ita quod sicut impossibile est illam unionem esse. & non esse ad Verbum ut ad terminum, ita impossibile esset illud absolutum, quod esset necessarium fundamentum unionis esse non unitum Verbo; nulla videtur talis entitas absoluta in creatura. Præterea, talis entitas absoluta quæ esset proprium fundamentum unionis ad Verbum, aut esset accidentalis, aut substantialis; non accidentalis, quia natura substantialis videtur personabilis in se, loquendo de natura intellectuali inquantum scilicet est prior omni accidente; igitur sic, quando personatur in alio videtur personari ut prior omni accidente, & ita nullum accidens est propria ratio personationis illius, & per consequens nec illius unionis. Si substantialis, non potest dici quod illa sit aliqua res al a ab illa, quæ potest esse in persona creata, quæ tunc aut materia aut forma, aut substantia composita esset in Christo secundum humanitatem, qualis

null

a. Proprius notabilis. b. a. l. sine prima. c. i. c. 10.

nulla eisdem rationis esset in alio homine; esset igitur entitas substantialis eadem tantum materie, vel forme vel substantiæ compositæ. Sed quicquid est idem alicui substantiæ manet manente illa substantia; igitur natura assumpta non possit dimitti a Verbo, manente illa entitate absoluta.

AD IL LUD in oppositum de Philosopho, s. Phys. potest dici, quod relatio potest tripliciter se habere ad fundamentum. Uno modo, quod fundamentum non potest poni sine relatione illa absque contradictione, quia fundamentum non potest sine contradictione esse sine termino illius relationis, nec etiam sine relatione ad terminum, quia illa natura necessario requirit talem terminum ad sui esse; tales sunt relationes creaturæ inquantum creatura ad Deum inquantum creator: huiusmodi relatio est idem realiter fundamentum; sicut patet ex dist. 1. 2. lib. Alio modo, fundamentum potest esse sine relatione, quia potest esse sine termino: tamen fundamentum, & terminus positus, necessario consequitur ista relatio, ita quod ista duo simul positæ sint necessaria causa relationis, sive in utroque extremo, sive in altero. Exemplum de similitudine in alio, & alio. Tertio modo relatio potest non necessario consequi fundamentum, quia non necessario coexistit terminum, nec habitudinem illam ad terminum; neque etiam fundamentum & terminus positus necessario consequitur relatio ambo extrema, vel unum; sed contingenter dicitur advenire extremo, etiam postquam ipsius (a) & quodlibet absolutum in ipso, & in termino fuerit positum in esse, & in isto modo non oportet ponere aliquod absolutum novum in altero extremo, etiam dato quod relatio sit nova: hoc modo se habent multæ relationes; puta communiter uniones absoluti ad absolutum. Si enim forma per se esset, ut corpus organicum, & anima, vel subiectum per se esset, & accidens per se; ut panis, & quantitas, si de novo uniantur; nullum absolutum novum est in altero extremo, sed ista relatio contingenter se habet, ut possit inesse, & non inesse etiam extremis positus. Tunc ad Philosophum, concedo quod non est motus, nec mutatio ad relationem priorem, vel secundum modo se habentem, & per consequens nec universaliter ad relationem de genere relationis, ut ipse sibi loquitur de relatione predicamentali. Illa enim est relatio intrinseca adveniens idest necessario consequens fundamentum intrinsecus, puta quantitatem vel qualitatem, vel substantiam, quæ intrinsecus inest non absoluta necessitate, sed proprio termino ad quem est relatio; quia ista non advenit, nisi postquam novitatem alicujus absolute in altero extremo, & semper est sub primo, & secundo modo relationum dicitur; sed ad relationem tertio modo se habentem, quia illa est extrinsecus adveniens, idest non necessario consequens fundamentum intrinsecum; puta qualitatem, vel quantitatem, vel substantiam, sed absque novitate alicujus absoluti in illo in quo est, vel in termino contingenter consequitur, bene potest esse mutatio; & ali-

quæ

a. Speculatio notabilis.

que tales relationes forte pertinet ad illa sex principia, quæ dicuntur extrinsecus advenientes; unde, & secundum eum in *e. Phys.* motus est ad *ubi*, & tamen *ubi* nullam formam absolutam dicit, sed tantum respectum (*a*) in eorum circumscriptione ad locum circumscribentem, & iste respectus pertinet ad modum prædictum.

Ad Argumenta. Ad primum dico, quod infinitum non est compossibile, ut patet quia parte totum est periclitius, infinito nihil est perfectius. Infinitum tamen est unibile, id est potest terminare dependentiam alterius ad ipsum. Et cum additur *ibi* quod infinito non potest fieri addito, igitur nec unio. Respondeo, infinitum non habet in se quocumque ens formaliter, sed virtualiter vel eminenter, & ita Verbum eo inodo quod non habet in se naturam humanam, illa potest *ibi* addi, hoc est quod formaliter talis natura dependeat ad Verbum. Ve autem est in Verbo eminenter vel virtualiter, non dependet sic ad Verbum, quia sic non habet entitatem dependentem. Ad secundum conceditur proportio id est *b* determinata habitudo non quantitativa qualis dicitur esse dupli ad dimidium, nec tantum ad quantum, sed qualis dicitur esse generaliter passivi ad activum, & e converso activi ad passivum, vel actus ad potentiam. Natura autem humana possibilis est dependere respectu personæ divinæ dependentia aliqua specialia, & ista dependentia est sufficiens proportio ad talem unionem. Ad tertium dico, quod contraria non quia diversa, id est in nullo convenientia, ideo sunt incompossibilia; nam hoc modo diversa genere sunt magis diversa, quam contraria, sed quia in illis est repugnantia; licet in multis convenient, qualis repugnantia non est in illis, que in nullo vel in paucis conveniunt. Natura igitur divina, & humana, licet sint magis diversa, quam contraria, non tamen magis repugnantia. Exemplum: superfluitas, & albedo magis sunt diversa, quam albus, & nigrum, & tamen superfluitas potest esse alba, non tamen albus potest esse nigrum formaliter, vel e converso propter eorum repugnantiam formalem. Ad quartum dico (*d*), quod incarnationi actioni correspondet aliquis passio, ex quo est actio transiens; sed ista passio non significatur per hoc quod est *incarnari*, proprie loquendo, sed per hoc quod est *uniri*, vel *assumi*; nam ista actio, ut transit in obiectum transit in naturam humanam, non in Verbum, & ideo illi quod correspondet sibi ex parte nature humanæ est passio; licet igitur vocaliter, & grammaticè *incarnari* videatur significare passionem huius actionis *incarnare*; tamen realiter significatur per hoc, quod est *uniri*, vel *assumi*, & concedo quod natura assumpta patitur, & est in potentia. Ad illud speciale ex parte nature assumptæ, dico quod non eodem eo complete est: natura humana per se existens, & personata personalitate creata, quia dictum fuit in tertio articulo, quod non est (*e*) personata ultimæ aliquo positivo

tivo, per se autem existit existentia positiva creata, loquendo de propria existentia nature. Ad primum probationem illius assumpti, cum dicitur, quod illius existentia est per se existentia, concedo secundum quod *per se existere* distinguitur contra *in esse*, quod convenit accidenti. Cum assumitur quod per se existentia in natura intellectuali est personalitas, nego universaliter accipiendo *per se*, ut prius, ut scilicet distinguitur contra *in esse a se*, quia ad personalitatem requiritur natura solitudo, sive negatio dependentiæ actualis, & appetudinalis ad personam alterius naturæ, non autem omne quod per se existit primo modo ut distinguitur contra *accidens*, oportet per se existere secundo modo. Ad secundum patet, quod natura creata est hæc aliqua positio non eodem formaliter entitatis nature, quia repugnantia ad dividi, non competit nature create, nisi per aliquam entitatem positivam, non sic autem ultra entitatem illam positivam singularitatis oportet ponere aliquam aliam positivam personalitatis. Ad aliud qui dicitur personam tantum discrete ratione ab essentia, habere contra se illud argumentum, sed aliqua distinctio posita est nature, & proprietatis, ut patet *distinct. 2. (a)* primi; si tamen non retinetur primum adhuc potest responderi ad argumentum illud per fallaciam amphibologie; quare *in dist. 26. 1. lib. de personis absolutis (b)* Ad aliud de primo membro, quod respectus non terminat dependentiam nature absolutæ, dicitur, quod persona divina in quantum relativa est, terminat dependentiam nature create ad ipsam, & hoc in duplici genere causæ, scilicet efficientis & formalis, primum declarat sic, quia Verbum assumit id est ad se sumit non sit, alie personæ, & etiam quia incarnati est specialiter illi; & illi pertinet ad causam efficientem, & quia Verbum est potentia operativa Patris, ideo potest habere operationem propriam propter illam que est communis toti Trinitati. Secundum declarat sic, quia secundum hoc est causa formalis secundum quod formaliter terminat; terminat autem in quantum persona relativa, ita quod proprietatis relativo est ratio terminandi; ergo non debet intelligi causa formalis, (*c*) que sit altera pars compositi, neque causa formalis superveniens compositioni, neque forma exemplaris, quia hæc est communis toti Trinitati; sed causa formalis, quia formaliter terminat, hoc est dans formam specialiter illi, quod est inter naturam unitam, & ipsum ut terminum.

CONTRA HOC quod dicitur de propria efficiencia Verbi, quæ non sic communis toti Trinitati, sunt auctoritates quæ adducit Magister in litera, quod tota Trinitas equaliter est operata incarnationem (*d*). Et si dicas quod aliquis modus agendi specialis est *ibi* propter quem dicitur sustentare naturam, modo quod Patris, & Spiritus Sanctus non dicuntur sustentare eam. Contra. In actione ad extra non est distinctio trium personarum in agendo nisi consequens origi-

Tom. III.

B

nem,

a r. c. 8, *b* *Varr. q. presentis dixit de triplici proportione.*

c *Vide de hoc plenius in 4. dist. 11. q. 2. respond. ad primum.*

d *al. personata.*

a *par. 2. q. 2. b* *Hen. quod. 13. q. 5. vide vob. hic q. 4.*

c *Vide 5. Met. q. 2. in prin. d* *Varr. ubi sup.*

nem, puta (a) quia una persona agit a se, alia non a se, sed ab alio; sed illa dicitur non est ratio, quare una persona dicatur assumere naturam humanam vel personam naturam, & alia non; quia si Pater incarnaretur, & Trinitas illam incarnationem efficeret, esset ista distinctio in operando, quia Pater ageret a se, Filius non a se sicut modo. Præterea: respectus personalis non potest esse propria ratio agendi ad extra. *1. lib. dist. 4. c. 18. de dono (b)*. Præterea, suppositum creatum non agit respectu naturæ cuius est, quia secundum eorum naturam præcedit naturaliter suppositum, non sic autem agens; ergo nec illud quod supplet vicem suppositi creati in quantum tale est agens respectu naturæ. Quod secundo dicitur de forma, videtur abusive locum esse impropria de forma, sive causa formalis quia secundum hoc Pater æternus in quantum Pater esset causa formalis Filii, quia in quantum Pater terminat relationem Filii ad Patrem. Quod etiam adducitur ibi de proposito quod habet rationem totius; igitur & rationem forme, sicut totum esse forma ex *3. Met. & antecedens esse causam, & consequentia nulla*. Primum patet ex dictis, quia persona nullam addit entitatem absolutam (c) ultra naturam singularem; & ita nec suppositum in communis; sicut nec persona in natura intellectuali, & per consequens non est totum respectu naturæ singularis. Secundum probatur, ideo enim totum est forma; quia quilibet pars est quasi potentialis respectu perfectionis totius. In proposito autem Verbum non est potentiale (d) respectu persone quasi compositæ. Si etiam deberet esse hoc totum prout Damasc. dicit, & concludit personam compositam esse Verbum; hoc non est de persona absolute accepta secundum entitatem personalem comparatam ad naturam, sed de persona in natura ad naturam comparata, ita igitur debet concludi quod Verbum (e) incarnatum esset ut forma, non autem Verbum absolute. Si enim absolute consideraretur entitas propria suppositi, & naturæ respectu entitatis totius creati, entitas propria suppositi non est formalis respectu naturæ, sed magis materialis. Quod autem adducitur pro isto dicto *assumere* est ad se sumere, Respondendo, *sumere* ut notat absolute actionem, est æqualiter totius Trinitatis absque omni distinctione præter illam quæ consequitur originem, sed ad se ut notat terminum actionis est Verbi, ut terminat dependentiam assumptæ naturæ. Similiter quod dicitur de *illabi*. Respondendo, si accipitur *illapsus* pro aliqua conditione efficientis sive producentis, sive conservantis, tota Trinitas eodem modo illabitur illi naturæ; sed si accipitur pro imbricitate aliqua qualis est suppositi ad naturam quæ dependet ad ipsum, hoc modo solum Verbum illabitur, quia solum terminat dependentiam illius naturæ, sed istud *illabi* non est aliqua efficientia, sed omnino prioritas alterius rationis. Quod etiam addit quod Ver-

Verbum est potentia operativa Patris, verum est, quia agit aliter quam Pater, quantum ad distinctionem quæ consequitur originem scilicet a se & non a se sed ab alio, propter quem dicitur Pater creare per Verbum, & non e converso, sed propter illam distinctionem non est quod una persona hoc modo agat ut incarnata, & alia non sic agat ut non incarnata. Ad argumentum igitur principale, dico quod si persona Divina est absoluta, absolutum terminat dependentiam illius naturæ. Si autem est relativa dico, quod est relativum in quantum tale non potest terminare dependentiam causati ad causam, pot. si tamen terminare dependentiam quæ est alterius rationis, illam scilicet quæ est naturæ ad suppositum in quantum suppositum; & ad terminandum eam illam dependentiam sufficit quæcunque entitas, quæ potest esse propria ratio suppositi, & talis ponitur hæc entitas relativa. Ad ultimum dico quod ista propositio est falsa scilicet quod omnis dependentia est causati ad causam vel ad causatum prius, est enim aliqua dependentia alterius rationis ab illa quæ non est ad alium quod in quantum habet quidditatem, sed in quantum *quid*, vel ens subsistens, vel suppositum, talis est illa dependentia.

QUESTIO SECUNDA.

Virum tres persone possint assumere eandem naturam numero.

Circa secundum arguitur quod sic, hæc natura antequam assumatur ab aliqua persona est assumptibilis quacunque divisa, arguitur igitur omnes simul in eodem instanti ad assumptionem ejus: aut igitur assumetur ab omnibus & habebitur propositum, aut a nulla, quod est inconveniens, si agant ad assumptionem ejus in quantum possunt, quia est in perfecta obedientia eorum; aut ab aliqua una sola persona, quod est inconveniens, quia non est major ratio, quare ab hac magis assumatur quam ab illa, cum æqualiter quilibet agat ad hoc, Præterea: ante assumptionem hujus naturæ a filio ipsa fuit assumptibilis a Patre, igitur & modo; probatio consequentis, quia prius fuit assumptibilis per hoc quod fuit in potentia obedientiæ ad personam Patris, sed istam non evacuat assumptio ad personam Filii, quia personalitas Filii non est ejusdem rationis cum personalitate Patris, aut si esset ejusdem rationis, non tamen luit eadem potentia obedientiæ ad personalitatem Patris, & Filii, sicut nec personalitates ad quas sunt illa potentia; igitur per hoc quod una, reducit ad actum non reducit alia.

Præterea, Natura est in Verbo habet inclinationem ad proprium suppositum; quia illa inclinatio sibi est naturalis: ergo habet inclinationem ad quodcunque potens supplere vicem proprii suppositi, tale est persona Patris: igitur cum hoc, quod personatur a Filio Rat potentialitas ejus, ut personetur a Patre.

Præterea, idem accidens potest esse in duobus subjectis: ergo eadem natura in duobus suppositis: consequentia probatur, quia habi-

a Vide Aug. 2. Trin. c. 7. & A. Trinit. c. 21. b Vide eadem dist. 27. de Verbo & in quod. g. 2. c. 1. c. 2. & 31.

d Lib. 3. c. 2. 3. & 13. a. l. Christum. e Quare Bon. & Alanus & glo. ad propositum hic c. 1.

zudo accidentis ad subiectum est simillima isti dependentie, ut dictum est in *quæst. præcedente* (a); probatio antecedentis, simul possunt esse corpus gloriosum, & non gloriosum; igitur habent idem ubi, quod ubi est accidentis locati. Quod autem sit idem ubi probatur, quia est idem locus, idem autem locus habet unam circumscriptionem activam: igitur ubi correspondet una circumscripção passiva (b), quæ est ubi. Contra. Ansel. de incarnatione Verbi, & secundo cur Deus hom. *cap. 9. Plures personæ eandem hominem asserere omnino nequeunt*. Præterea, multiplicato supposito creato multiplicatur natura: ergo similiter & increato; consequentia probatur, quia ubi creatum supplet vicem suppositi creati; igitur ita distinguitur creatum distingueret.

Præterea; quod convenit alicui ut distinguitur ab alio, non potest inesse illi. Incarnatio competit Filio ut distinguitur a Patre: ergo non potest competere Patri; mingr pater, quia convenit sibi secundum proprietatem ejus, secundum quam distinguitur a Patre.

Hic dicitur quod sic (c), quia sicut prius potest esse sine posteriori absque contradictione, ita potest manere idem multiplicato posteriori; prior autem est ratio singularitatis five individualitatis in natura creata, quam ratio personæ, ut apparet, quia Verbum assumpsit naturam thomam, non tamen personatam, igitur potest manere eadem individua natura, sicut pluriferent personalitates extrinsecæ respectu illius nature. Præterea, distinctio relationis non est causa sufficiens distinguendi absoluta, sicut patet inductive: igitur cum distinctio personarum divinarum sit relativa, non oportet propter eam naturam absolutam distingui: potest igitur assumi a tribus sine distinctione sui. Dicitur igitur, quod sic anima eadem potest esse in diversis partibus corporis simul, & idem corpus miscuolose in diversis locis simul, ita potest una natura simul esse in duobus suppositis, quando illa supposita sunt extrinsecæ, & non eadem illi nature.

Contra hoc obijtur sic; quia essentia divina concluditur esse infinita ex hoc, quod ipsa eadem potest esse in tribus personis: igitur ista natura esse infinita: si p. sic esset in pluribus personis. Probatur consequentia, quia qua ratione possit esse in duabus personis, pari ratione & in infinitis. Si etiam simul possit habere plures personalitates perfectas increatas; igitur possit habere personalitatem creatam, & increatam, vel plures creatas: quia non magis repugnant unam esse personalitatem creatam & increatam in natura una, quam duæ personalitates increatas; quarum utraque perfecte supplet vicem personalitatis create.

Ad primam istarum rationum dicitur quod essentia divina est eadem illis tribus personis, & ex ista identitate sequitur, quod sit infinita; non autem ex hoc, quod absolute est in illis tribus simul. Illa autem natura assumpta non esset eadem illis tribus personis, sed ad-

ven

a *Artic. primo.* b *Cap. 9.* c *Capit. 13. q. 5. & D. Th. in 3^a part. 6. q. 3. vid. Henr. quæst. 1. q. 7.*

ventitia, sicut simul esse in eis. Similiter natura divina fundat tres relationes, & tres personalitates increatas, & ex hoc sequitur ejus infinitas: illa autem natura adventitia non fundaret eas.

Contra istud obijtur sic; quia sicut forma substantialis, quæ substantialiter perferret plura supposita, esset actualiter illimitata: ita accidens consequens quod accidentaliter perferret eadem supposita, esset illimitatum. Exemplum: sicut anima est illimitata ad perseverandum plures partes corporis substantiales: ita scientia est accidens illimitatum, respectu plurium partium corporis. Igitur sicut essentia divina; quia est essentialiter natura rerum suppositorum, est infinita; quæ natura essentialis eorum; ita natura humana esset infinita, sicut quæ natura adventitia pluribus suppositis.

Confirmatur istud, quia ita impossibile videtur unum accidens esse in duobus subiectis, sicut unam formam substantialem esse in duabus materiis; igitur si necessario sequitur infinitas ex hoc, quod una forma substantialis est in pluribus materiis; necessario sequitur infinitas ex hoc, quod unum accidens est in multis.

Secunda ratio peccat; patet de voluntate, quæ potest fundare relationes diversas, & aliter rationis, & tamen est finita: similiter idem album multas similitudines, & idem Pater multas paternitates sine finitate; & eodem natura multas personalitates creatas, immo infinitas; quia non magis repugnant infinitate, quam duæ, & tamen infinitas non sequitur.

Ad questionem igitur dici potest distinguendo; quia aut potest intelligi primus terminus istius unionis, esse persona; aut essentia subsistens, communis tribus. Primo modo, non videtur quod una natura possit simul assumi a tribus personis; quia in omni dependentia essentiali unum dependens non dependet præcise nisi ad unum, quod totaliter terminat ejus dependentiam: in ista unione est dependentia essentialis unius nature; & una persona terminat totaliter eam: igitur non potest idem dependere hoc modo ad plures tales personas. Major probatur in omni dependentia causati ad causam; quia impossibilis est idem causatum habere plures causas totales in eodem genere causandi, a quibus dependat. Sequeretur enim quod essentialiter dependeret ab illo, ut a causa, quo non existente: nihilominus esset. Si enim habere A. pro totali causa efficiente, & eum hoc B. similiter A. sufficienter efficere ipsum quocumque alio circumscripto; alias non esset ejus totalis causa: igitur effectus esset ab A. B. non existente; & ita non dependet a B. Confirmatur arguitur e converso de A. si B. ponitur causa ejus totalis: igitur si A. sit causa totalis, & B. similiter, utrumque est causa totalis & neutrum: ita videtur in omnibus dependentiis, etiam que non sunt causarum ad causas, quod cum dependentia alicujus meritis totaliter terminata ad aliud, ipsum non potest dependentia ejusdem rationis dependere ad aliud. Confirmatur hoc de accidente respectu plurium subsectorum primorum. Minor probatur, quia personalitas creata totaliter terminat ipsam. Si illa statim non potest simul esse in alia persona creata, vel increata. Non mi-

nus enim terminat naturam, & dependentiam ejusdem, personalitas quocumque persone divine, qua terminatur in se: igitur, &c. Objicitur contra ista, quia non videtur inconveniens plures relationes ejusdem rationis esse in eodem subiecto, sicut si idem album pluribus albis sit simile: igitur similiter in proposito non erit inconvenientis plures dependentias ejusdem rationis idem absolutum dependere ad plures personas, quod si ponatur dependentia illi alterius rationis, magis habebitur propositum. Respondetur, sicut non omnis relatio unde relatio, est eadem fundamentum, licet aliqua sit talis, que scilicet est prima in fundamento ad terminum, sine quo impossibile est, fundamentum esse aliquo modo, sicut dictum est *dist. 1. secundum (a)* de relationibus creaturae ad Deum, ita nec unde relatio, repugnat sibi, quod plures ejusdem rationis sint in eodem: sed aliquibus specialibus relationibus repugnat: pura dependentis essentialibus. Talis enim si est una ad terminum totaliter terminantem, non reliquit fundamentum dependens dependentia simili ad quodcumque aliud: quia tunc non esset dependentia terminata. Si vero intelligatur secundo modo, quod primus terminus unionis sit ipsa natura in tribus per se subsistens, videtur possibile, quod una natura assumatur a tribus, quasi mediante una essentia existente in tribus: sicut una albedo potest esse in tribus corporibus, si una superficies, in qua est, esset in eis. Quod autem ipsa essentia per se existens, potest esse terminus proximam illius unionis, videtur, quia ipsa nullum esse habet a persona, sed est prius naturaliter, quam sit in persona, & dat esse persone. Est enim natura de *hac*, & per se subsistens, licet non incommunicabiliter. Videtur autem, quod incommunicabilitas non sit necessario ratio propria terminandi istam dependentiam, sed subsistentia singularis.

Ad argumenta principalia. Ad primum dico, quod si omnes tres agerent secundum ultimum potentie sue ad assumptionem illius nature, non possent agere ad assumptionem ejus a tribus, qui essent tres termini trium assumptionum, sed ad assumptionem ejus ab aliqua una, que terminet, ita quod licet tres agant una, tamen terminat eam. Et cum quaeris, a qua igitur sumeretur? Dico, quod ab illa, ad quam tres uniant eam active. Et si dicas, quod possunt simul agere qualibet persona ad uniuendum eam sibi: nego, quia impossibile est, ut simul uniantur pluribus: quia impossibile est totaliter dependere dependentia ejusdem rationis ad plures personas, cum sit nata terminari ad unam personam, & ad impossibilia non possunt persona simul agere.

Ad secundum, & tertium simul dico, quod si una potentia obediens est in natura, qua potest uniri tribus, hoc est quocumque trium disjunctim; illa una reducta est ad actum per hoc, quod Verbum eam sustentat. Si autem sint tres potentia. Concedo, quod si hoc, quod una reducta est ad actum, non reductur alia, & potest reduci illa alia; sed non cum actu alterius potentia propter impossibilitatem actuum.

actum, sicut potentia ad albedinem non potest reduci ad actum cum sigrediae: & ita natura nunc personata a Verbo, si dimitteretur ab eo, posset assumi a Patre: sed statim actuali assumptione a Verbo, licet sit in potentia assumptionis a Patre, non potest tamen reduci ista potentia ad actum propter impossibilitatem illius actus ad istum.

Ad quartum, nego assumptum de accidente & subiectis. Ad probationem dico, quod sunt duo *abii*, & tamen ad uno loco circumseribente. Et cum dicit, quod unus loci est una circumscriptio activa. Dico, quod si locus fit aliquid absolutum formaliter, in quo fundatur non actio, sed relatio illa, qua signatur per modum actionis, et circumscriptio actio, duae circumscriptioes possunt iudicari in eodem absoluto ad duo corpora circumscripta. Si autem locus dicat formaliter respectum ad locatum, & materialiter fundamentum, in quo iudicatur ille respectus, tunc est unus locus propter unitatem materialis, sed duo locationes formaliter, & utroque modo multiplicatur circumscriptio activa & passiva.

Ad primum in oppositum, potest dici, quod Anselmus loquitur, si primus terminus unionis sit persona, quo modo nunc natura est assumpta: quia sic tres persona non possunt eandem naturam assumere.

Ad aliud: hoc concludit, quando suppositum increatum est primum, & proximus terminus unionis, non autem quando mediatum, quia tunc natura aliqua potest esse in multis propter unitatem naturae illius, cui primo unitur. Nec natura assumpta de se & immediate convenit esse in tribus, sed tantum per illam naturam infinitam, cui primo unitur. Et si hic arguitur, sicut arguitur contra primam opinionem, quod accidens existens in pluribus est illimitatum, sicut substantia existens in pluribus est illimitata. Dicit potest, quod hoc verum est, quando accidens dat aliquem actum formalem illi, quorum est accidens. Illa autem natura assumpta, si primo unitur essentia, nullum actum dat personis, sed tantum dependet ad essentiam, ut ad unum terminum primum: cui ut sic accidit esse tribus, sicut modo omnes creaturae dependunt dependentia causati ad causam ad tres personas, ut sint unum in natura; nec propter illam dependentiam causati ad tres personas ponitur causatum illimitatum. Unde nec illa ratio multum valet contra primam opinionem, sed habet solvi; sicut hic: licet sit contra responsum ibi dictum. Ad tertium dico, quod tunc non conveniret Filio subsistentiae naturam in quantum distinguitur a Patre: sed in quantum hic Deus existens.

Ad argumenta pro prima opin. Licet individuatio possit esse sine personatione; non tamen sequitur, quod individuatio possit esse eadem, & una cum plurius personalitatibus. Tunc enim posset hoc concludi de personalitatibus creatis, respectu quarum individuatio est prior naturaliter. Unde non quodcumque prius potest manere indistinctum cum distinctione cujuscumque posterioris, maxime quando distinctio posterioris concludit in priori aliquid sibi repugnans, si sit idem. Ad aliud dico, quod distinctio relativa, & si non causet

distinctionem absoluti fundantis relationem; potestatem causare distinctionem absoluti sequentis naturaliter relationem, & dependentis ab ea: quia distinctio prioris sufficit ad causandum distinctionem posterioris. Ista autem natura absoluta assumpta non præcederet relationes sed sequeretur: & ideo secundum eas distingueretur. Exempla autem de anima in diversis partibus corporis, & uxo corpore in diversis locis, non sunt ad prepositum: quia non includitur ibi aliquid impossibile animæ informanti, vel corpori locato, sicut hic includitur.

Sed contra secundum membrum solutionis arguitur. Queritur enim ad quam unitatem esset assumptio in illo membro? non ad unitatem naturæ, quia tunc esset eadem natura assumpta cum assumente; nec ad unitatem persone, quia persona non est terminus illius unionis per positum, sed essentia; igitur ad nullam unitatem esset assumptio. Respondetur & dico quod esset ad unitatem non identitatis, vel compositionis; sed unionis naturæ hujus, ad illam: & ista unio esset specialis dependentiæ naturæ, ad naturam, similis illi, quæ unie est naturæ ad personam. Quando igitur dicitur: Si esset ad unitatem naturæ, igitur esset una natura assumens, & assumpta; dico, quod non est concedendum, quod sit ad unitatem naturæ, sed tantum est ibi unio ad naturam, vel ad unitatem unionis naturæ cum natura: quia cum dicitur unitas naturæ, accipitur ibi, *unitas naturæ* ex vi constructionis, pro unitate identitatis, vel compositionis: natura est ibi: Non sic autem accipitur *unitas*, cum dicitur aliquid assumi in unitate personæ; quia ibi ex vi constructionis accipitur *unitas* pro unitate rationis.

Contra. Sicut sequitur, persona est primus terminus unionis, ergo assumptum unum in unitate personæ, ita videtur sequi hoc: Natura est primus terminus unionis; igitur assumptum unum in unitate naturæ. Respondetur: licet prima consequentia teneatur, quia idem significat consequens, quod antecedens ex vi constructionis unitatis cum *ly persona*; tamen secunda consequentia non tenet; quia antecedens significat naturam esse terminum unionis; sed consequens significat unitatem identitatis naturæ ad naturam, vel compositionem ex natura, & natura. Unde propositio tacita in primo enthimemate vera est, hæc videlicet, *Quod unius personæ, unius ad unitatem, vel in unitate personæ*; propositio autem tacita in secunda consequentia, falsa est, hæc scilicet: *Quod unius naturæ, unius ad unitatem, vel in unitate naturæ*; necesse hæc difficultas realis, sed tantum Grammaticalis. In re enim unitas personæ non communicatur formaliter naturæ assumptæ, sed tantum ut terminus dependentiæ: sicut nec unitas naturæ communicatur formaliter naturæ assumptæ, si natura esset terminus unionis. Neque etiam ex persona assumente, & natura assumpta fit tertium compositum, sicut nec ex natura, & natura; sed tantum modus loquendi est alius, dicendo unitatem naturæ, & unitatem personæ, quia in primo modo loquendi notatur unitas identitatis, vel compositionis; in secun-

do non notatur nisi unio ad personam, ut ad terminum.

QUÆSTIO III.

Utrum una persona possit assumere plures naturas?

Circa tertium arguitur quod non: quia aut esset unus homo, aut plures. Non unus homo, quia non una natura tantum. Non plures, quia non plura supposita. Prima consequentia probatur per oppositum, quia tres personæ sunt unus Deus. Secunda probatur per hoc, quod habens plures scientias propter unitatem suppositi, est unus sciens.

Præterea. Natura habet numerationem, & unitatem a supposito, quia natura, ut abstracta ab individuis, non numeratur: igitur si unum suppositum, & una natura. Contra: alia natura potest assumi, ista non assumpta: igitur & modo potest. Probatio consequentis, quia nec potentia alterius naturæ est reducta ad alium per hoc, quod hæc est assumpta; nec relatio ex parte Verbi assumens habet istam naturam adequatam sibi in ratione terminati dependentis ad terminans independens. Quia est unum causatum non potest dependere totaliter ad plures causas totales; tamen bene potest una causa totaliter terminare dependentias multorum causarum; igitur, &c.

Respondetur, cum aliqua natura posset habere dependentiam ejusdem rationis cum ista, & etiam simul cum ista, quia non est repugnancia respectu naturarum. Actualis enim dependentia unius naturæ non repugnat dependentiæ alterius naturæ; nec est repugnancia ex parte Verbi, quia per hoc non poneretur in eo nisi plures relationes rationis, vel nulla relatio rationis, sed tantum, quod ipsum terminet plures relationes reales ad ipsum. Hoc autem non est impossibile: sicut tota Trinitas terminat omnes relationes reales creaturarum. Nulla est igitur creta impossibilitatis vel impossibilitatis assumptionis alterius naturæ, etiam ista natura manente unita.

Ad primum argumentum dicitur, (a) quod nec esset unus homo, nec plures. Sed contra: *unum*, & *multa* sunt opposita immediate dividenda ens: igitur a simili circa hoc, ens quod est homo, unum, vel alterum est immediate verum; ut si est homo, necesse est: quod sit unus homo, vel plures, aliter non esset homo. Probatur etiam hoc per unum, & non unum, quæ circa quodcumque includunt contradictionem, & non unum in ente est multa necessario. Aliter dicitur, quod esset unus homo ab unitate suppositi, sicut unus sciens, licet sciret plures scientias. Sed contra hoc est, quia tunc propter pluralitatem suppositorum deberet pluralificari tale concretum, & natura: & ita plures personæ divine essent plures Dii. Ideo dico tertio modo, sicut dictum est *dist. 12. prim. lib.* quod Pater, & Filius

sunt

^a Ad arg. 1. Ric. de Media Villa l. 3. d. 1. a. 1. q. 5. D. Thom. 3. p. sum. q. 3. a. 7. in substantia. argum.

sunt unus spirator, non tamen unus spirans, sed duo spirantes; quare ibi.

Contra: (a) Sicut esse hominem, est esse personam; ergo esse plures homines, est esse plures personas. Responsum auaro in duodecima Distinctione primi, in illa distinctione grammaticali de *ly spirans, & spirator*.

Ad aliud dico, quod sicut Singularitas precedit rationem suppositi: ita potest pluralitas naturarum stare in eodem supposito.

QUESTIO IV.

Utrum suppositum creaturam possit sustentare hypostatice aliam naturam creaturam?

Cetera quartam arguitur, quod sic. Quia major est proportio illius naturæ creatæ ad suppositum creatum, quam ad suppositum increatum: tum, quia hic utrumque finitum, ibi alterum infinitum, alterum finitum; tum, quia hic persona est absoluta, & ita similis illi persone, quæ nata esset esse huius nature; persona divina est relativa. Igitur si persona relativa potest sustentare aliam naturam, quam suam, vel multas naturas creatas, ita multo magis hic.

Præterea. Omnem perfectionem limitatam potest Deus dare creaturæ, quæ non repugnat sibi, sed suppositum unius naturæ potest sustentare aliam naturam creatam non ponit infinitatam in eo; igitur nec repugnantiam. Minor probatur, quia illud suppositum, & illa natura sunt finita, & finitum additum finitum non facit infinitum.

Præterea. Superius continet inferius in natura finita: igitur perfectio superioris continet perfectionem naturæ inferioris: igitur potest supplere vicem suppositi inferioris. Contra, natura creatæ, & suppositum creatum sunt adæquate proportionabilia: igitur neutrum excedit alterum: igitur sicut natura non potest esse eadem plurius suppositorum, sic nec e converso.

Respondet, sustentare naturam potest accipi dupliciter, effectivè, & formaliter, sive terminative. Primo Trinitas sustentat naturam humanam in Christo, id est, facit eam sustentatam. Secundo modo solum Verbum sustentat unionem naturæ creatæ ad ipsum. Primo modo dico, quod suppositum creatum non potest sustentare aliam naturam suam, quia natura illa ad talem unionem cum ipso, non est in potentia, nisi tantum obedientialiter, quia aliter esset violenter sub proprio supposito, sicut grave sursum. Potentia obedientialis (b) in creatura respicit efficientiam primi efficientis, non aliam potentiam activam. Secundo modo dicitur, quod non potest sustentare: quia non est illimitatum suppositum, & ideo non

a Addit.

b Varro. lib. 3. d. 1. q. 2.

non continet in se perfectionem alterius suppositi creati: continere enim eminenter totam perfectionem suppositi creati, non convenit nisi infinito: quia licet finitum unum sit eminentius altero, non tamen unum continet totam perfectionem alterius; quia entia ordinata essentialiter tantum distingui videntur per negationem, quia inferius deherere a superiori.

Contra: (a) Terminare dependentiam causati ad causam, est majoris perfectionis, quam ipsa, quæ convenit Deo, & illa potest sine illimitatione ejus competere creaturæ, ut substantia respectu accidentis.

Sed ista ratio non videtur concludere, quia Verbum non est infinitum secundum rationem personalitatis suæ, secundum quam sustentat naturam assumptam: igitur non requiritur illimitatio, vel infinitas in illo supposito, quod sic sustentat. Assumptum patet quia tunc aliqua perfectio inhiuita formaliter deesset Patri, quæ est in Filio. Alia ratio apponitur, quod solus Deus potest illi creaturæ illapsum generali: Ergo & isto illapsum speciali. Sed ista ratio non concludit, quia illapsum generalis includit in se primitatem causæ efficientis in illabente, quæ est autem ista sustentatio naturæ a supposito. Patet in exemplo, cui est hæc sustentatio maxime similis, accidentis, videlicet a subiecto, quia est subiectum sustentet proprium accidentis, non tamen habet primitatem efficientiæ respectu ejus, nec aliquam causalitatem in quantum præcise sustentat illud.

Potest ergo dici, quod vel duæ naturæ creatæ non sunt visibiles in eodem supposito, nisi altera sit actus, & altera potentia: & tunc non remanet utraque natura in se inconsumpta cum reliquis; quod tamen pertinet ad illam unionem, scilicet, quod natura proprii suppositi illamentis ita remaneat in se non consumta alteri, sicut si natura extraneæ non esset unita. Vel dici potest, quod oportet, quod suppositum, cui fit ista unio, sit simpliciter independentis, quia ista dependentia non terminatur ad unum suppositum, mediante altero; non est enim ordo essentialis in ista dependentia, qualis est in ordine causati ad causam. Vel potest dici tertio modo, quod omnes naturæ substantiales creatæ directe de prædicamento Substantiæ sunt simpliciter incompossibiles in eodem supposito; ita quod altera istarum sit naturalis illi supposito, quia tunc per se conveniret illi, & per consequens nec per se, nec per accidentis ei poterit altera inesse: non sic autem sunt impossibiles duæ naturæ creatæ, si comparantur ad suppositum divinum, cui ambæ sunt accidentales, & adventitiæ, quia neutra convenit ei per se.

Sed primum istorum, scilicet, quod nullæ duæ naturæ possunt uniri in tertio, difficile est probare. Secundum etiam, scilicet, quod terminans dependentiam oportet esse independentem, non videtur verum, quia dependentiam aliquam terminat aliquid, ut substantiam

a Addit.

Etiam dependentiam accidentis, quod tamen non est omnino independentis. Tertium non videtur probabile, quia si sit formalis repugnancia naturarum creaturarum in eodem supposito; ita non videtur posse eidem competere simul per accidens, sicut nec simul per se. Sicut enim non potest idem per se esse album, & per se nigrum; ita nec per accidens album, & per accidens nigrum. Sicut enim nullus idem color potest esse albeus, & nigrus simul; sic nec idem corpus potest esse album, & nigrum simul, quia que formaliter ex se esse simul repugnant, in quolibet repugnant simul esse. Si igitur nulla invenitur ratio impossibilitatis, quare suppositum creaturam non possit sustentare naturam sibi extraneam, Deo tamen efficiente illam dependentiam in natura sic unita, & sustentata, & in supposito alterius nature, non videtur pendendum hoc esse impossibile absque omni ratione.

Si teneatur pars negativa. Ad primum argumentum dico, quod proportio convenientie non requirit ad istam unionem, sed proportio nature dependentis, & suppositi independentis: qualis forte non est in natura creata ad suppositum creaturam alterius nature, sed solum ad suppositum in creatura. Et ad confirmationem illam de absoluto dico; quod absolutio non facit sustentationem: sed tantum quod ipsa persona sic independentis non nata esse actus, vel potentia respectu alterius unibilis. Ad aliud dico, quod est utrumque oppositorum sit limitatum, tamen non possunt simul ambo esse in eodem, quia licet hoc non concludatur in eis formaliter illimitationem, ponit tamen impossibilitatem: ita in proposito una natura existente in supposito per se repugnat alii esse in eodem per accidens, propter impossibilitatem earum in eodem.

Ad tertium dico, quod non omne superius continet totam perfectionem inferioris. Si tamen teneatur alia pars. Ad argumentum in oppositum potest dici, quod non est ibi iuxta prædicta proportio, quia suppositum creaturam possit terminare dependentiam alterius nature; non tamen potest simul dependere ad plura supposita terminantia: quia universaliter in dependentis cause, & causati, licet una causa possit terminare dependentiam plurius causarum, non tamen plures cause in eodem genere, & ordine cause possunt terminare dependentiam unius causati, quia pluralitas priorum arguit pluralitatem posteriorum, non e converso.

QUESTIO V.

Utrum ratio formalis terminandi istam unionem sit proprietas relativa?

Circa quintum, quod præsupponit possibilitatem incarnationis, & querit de facto, scilicet de termino formalis incarnationis. Utrum scilicet formalis ratio terminandi unionem nature humanæ ad Verbum sit proprietas ejus relativa? Arguitur quod non, dupli-

citer.

oiter. Primo, quod nulla proprietas personalis, sed essentia terminat, quia per illam rationem convenit Verbo terminatæ unionem, per quam convenit sibi continere perfectionem suppositi creati, & per quam natura creata est in potentia obedientiali ad Verbum. Istæ enim assignantur esse rationes possibilitatis incarnationis ex parte assumptæ, & nature assumptæ: sed esse convenit Verbo per essentiam, non per aliquam rationem personalem, quæ non est formaliter infinita: & ideo, non continet formaliter perfectionem omnino suppositi. Similiter potentia obedientialis in creatura respicit omnino potentiam facientis, quæ non est proprietas personalis, sed essentialis. Præterea. Assumens communicat esse nature assumptæ; sed esse in divinis est essentialia: igitur aliquid essentialia, quod præcisè est ratio essendi, est Verbo ratio terminandi.

Præterea. Quod non proprietas Verbi relativa, quia eo Verbum terminat formaliter unionem (si persona est prius terminus unionis) quo Verbum formaliter est hæc persona; sed non proprietate relativa est hæc persona. Probo per illas rationes, quæ adductæ sunt dist. 26. primi lib. pro illa opinion. quare ibi.

Contra. Persona adest, & non alia: igitur per illud, quo est hæc persona distincta, & determinata; sed hoc tantum est proprietas relativa, secundum Anselm. de processione Spiritus sancti, ubi volens ostendere Spiritum sanctum esse de Filio, arguit per divisionem. Aut enim Spiritus sanctus est de Patre, quia de Deo, id est de Patre ratione essentie, quæ est Deus, vel ratione relationis, quæ est Patris. Si ista est divisio immediata, habetur propositum, quia nihil habetur in persona divina nisi proprietas suppositi, & communis essentia, si divisio est mediata; tunc ad destructionem unitus membri, insensendo aliud iacit fallaciam consequentis. Si dicatur, quod sicut per unum membrum, scilicet per hoc, quod est esse de uno Deo, intelligit aliquid commune tribus personis, puta vim spiritalitatem, quæ iuxta proprietas ignota in toto tempore, sicut communiter exponunt eum Doctores; ita per aliquid, scilicet per relationem intelligit ipse id, quod est proprium personæ Patris, sive sit relativum, sive absolutum; & ita, si ponatur proprietas absoluta, non intelligitur per illud membrum de essentia Patris. Spir. sancti spirari de absoluto proprio Patris, si quod sit, sicut nec de proprietate Patris.

Contra Augustin. 7. de Trinitate cap. 9. sub essentia ponit quod est ad se, sive sit essentialia commune tribus, sive personale. Patet enim ibi, quod eodem modo dicatur aliquid persona, & Deus; licet persona accipiatur pro prima substantia, non autem eo est Deus, quæ Pater, secundum eum, sed alio est Deus, & Pater: igitur non intelligitur personale, si sit absolutum sub relatione personæ; sed magis sub ipso communi, quod est ad se. Præterea (a). Si aliquid absolute constituitur persona Verbi; ergo ratio Arii est demon-

stra.

stratio. Cum enim arguit, quod ingentium esse est unum, & genitum esse est aliud; si utrumque dicitur secundum substantiam: igitur persona prima est alia secundum substantiam a secunda. Conclusio tunc necessario loquitur, si persona ponatur esse absoluta, illa enim constituit substantiam, & non relativam, vel relativam, & ita illud, quod est aliud secundum istam proprietatem, est aliud secundum substantiam. Ingentium autem est aliud secundum proprietatem: igitur, & secundum substantiam. Si dicatur quod ratio Arrii est sophistica dupliciter. Tum, quia commutatur ad aliquid in quod arguendo: ingentium esse est aliud a genito, vel hoc est aliud inquantum ingentium ergo est aliud secundum substantiam. Commutatur enim ad aliquid in quod: quod ostendit Augustinus, quia ingentium dicit formaliter ad aliquid licet negative: Tum, quia si non accipitur ingentium pro ipsa proprietate, quam significat, sed pro illa proprietate absoluta, quae subternitur, si ponatur: dicitur. A. & arguitur. Ingentium est aliud a genito personaliter: igitur est aliud ad eum secundum substantiam: est iterum figura dictionis commutando hoc aliquid in quod. In praemissa enim intelligitur substantia pro substantia prima; in consequente inferitur pro substantia secunda, sive pro quidditate, quia ita intellexit Arrius: dixit enim ipse, quod Filius Dei est creatura pura, & habet aliam substantiam, & aliam naturam a Patre, & ibi obviat fidei Aug. 5. *Trin. c. 6.* quod si est aliud secundum substantiam, non intelligitur nisi de substantia secunda, quae est quidditas, & hoc modo tam Aug. quam illi heretici, contra quos loquitur, accipiunt substantiam; & ideo est aliter suppositi, quod est substantia prima, inferitur, quod est aliud secundum substantiam, sicut ipsi loquuntur, est commutare hoc aliquid, in quod. Si altero, inquam, istorum modorum, respondeatur ad rationem Arrii, quod sit sophistica. Contra. Substantia prima est maxime substantia: igitur si persona constituitur per absolutum, per illud erit maxime substantia, & ita si secundum hoc sit aliud, erit maxime aliud secundum substantiam.

Perterea. Ad istam conclusionem sunt aliquae rationes tacite d. 26. *primi lib.* Pro parte ista, quod relationes constituant personas.

In ista questione sunt duo articuli. Primus, quae sit proprietates constituens, personam; secundus, an ista sit ratio terminandi istam unionem. De primo ratiō est in primo lib. dist. praedicta (b). Quantum ad alium articulum principalem questionis, scilicet de ratione formaliter terminandi istam unionem, qui dixerit istam esse propter continentiam perfectionis realitatis suppositi creati in ipso assumentem, & propter potentiam obedientialem in natura assumpta, haberet dicere, quod essentia esset propria ratio terminandi istam unionem: si autem arguatur fuit *dist. ista. q. 1.* sed illud suppositum videtur esse falsum, quia ista dependentia est alterius rationis ab omni dependentia causati ad causam. Continentia autem virtualis, quae est in termi-

no,

no, & potentia obedientialis in dependente, vel contento, pertinet ad dependentiam causati ad causam. Unde propter istas rationes non posui in prima quaest. Verbum posse terminare istam dependentiam; sed propter substantiam independentem. Dico ergo, quod essentia non est formalis ratio terminandi istam unionem, sed propria persona. Quod probō sic: In quocunque supposito est ratio formalis terminandi istam unionem, ipsum terminat eam; Patris in quo est essentia divina, non terminat eam igitur. Et probatio majoris, suppositum non terminat, nisi quia habet rationem formalem terminandi; sicut non creat nisi quia convenit ei formaliter ratio creandi, & propter hoc in quocunque est ratio formalis creandi proxima, creat, unde necesse est tres personas simul creare. Dicitur forte, quod proprietates est ratio terminandi, ut sine qua non. Contra hoc. In quocunque est formalis ratio agendi, & prius natura, quam actio ejus sit elicita actū, vel terminus productus, illud est ei ratio, & principium agendi. Si autem posterius habet, non agit illo formaliter; similiter nec si simul natura cum termino habeatur, quia tunc Filius generaret se. Et intelligitur quod sicut ratio formalis formaliter terminat, sic suppositum suppositivae; si actū, actū; si aptitudinem, aptitudinem; si potentiam, potentiam, sic intelligit conclusio. Sicut frequenter declaratum est in 1. lib. (a) quomodo Pater, & Filius spirant Spiritum sanctum, quia habent vim spirativam, & uterque prius recipit, quam Spiritus sanctus spiratur, & propter hoc etiam tres personae creant; ita quod potentia creandi est cuiuslibet ratio creandi, quia quilibet habet eam prius naturaliter, quam creatura producatur: igitur a simili, illud, quod est ratio terminandi istam unionem, erit habenti prius ratio terminandi, & est praecisa. Prius enim, quia terminus unionis, & maxime istius, quae est dependentia, non est simul natura cum unione; immo nec cum fundamento, si prius naturaliter habeatur, quam ipsa unio terminetur; sed certum est, quod ipsa natura habeatur a tribus naturaliter prius, quam ipsa unio facta sit: igitur, &c. Aliter potest responderi ad rationem, quod tres personae alio, & alio modo habent essentiam, & propter istum alium modum habendi eam, una potest terminare; ita, quod essentia sit sibi ratio terminandi, & non alia. Contra hoc dupliciter potest argui. Primo sic: Quia si igitur ratio realis habet terminum realem, & sub ratione reali: ista unio ratio- nis non est formalis ratio terminandi unionem. Ille autem modus habendi essentiam, est tantum relatio rationis in ipsa essentia, quia alia essentia realiter retraheret ad se, vel ad personam: igitur essentia, ut sic habita, non est formalis ratio terminandi eam, ita quod sic haberi sit proxima ratio terminandi eam. Secundo, quia non est distinctio in modo habendi essentiam; nisi pertinet ad originem; sed propter istam non terminat unionem una persona, & non alia; quia ista

ista distinctio esset eadem, si Pater fuisset incarnatus, & non Filius: & tamen tunc non terminative Filius sicut modo: igitur propter illam distinctionem, quae necessaria est, non est entitativa ratio terminandi uni, & non alii, quod terminative est contingens.

Ad argumenta. Ad primum, patet quod illa major est falsa, nec illae sunt rationes ad probandum impossibilitatem incarnationis. Ad aliud dico, quod communicare sic esse non est idem, quod esse divinum in formare formaliter naturam humanam; nec etiam effectivo communicare, quod scilicet persona assumens effectivè dicitur aliquid esse naturae assumptae, ex hoc, quod assumens est; sed illud communicare est terminative dependentiam existentiae actualis naturae assumptae, & hoc non est, quod existentia realis naturae assumptae sit ratio terminandi, sed substantia, id est, incommunicabilis existentia. Ad formam tunc concedo, quod communicat esse, hoc est, existentiam suam incommunicabilem, ut existentia incommunicabilis non ex alio, puta ex natura, est ratio terminandi existentiam naturae assumptae. Ad aliud concedo majorem, & minor negatur secundum communem opinionem tenendo personas esse relativas. Et ad probationes illas dicitur est *distinct. 26. primi libri*.

DISTINCTIO II.

CIRCA Distinctionem secundam in qua Magister agit de modo assumendi naturam, quaeritur tria. Primo: Utrum naturam humanam uniri Deo hypostaticè, & tamen non frui includat contradictionem? Secundo: Utrum fuerit alibi aliquod medium congruentius, & includat utrumque medium, scilicet intermedium, ut animam; & extrinsecum, ut existentiam incommunicabilem non ex alio, primo, & immediate assumptam totam naturam humanam? Tertio: Utrum incarnationem praecessit corporis organizatio?

QUESTIO PRIMA.

Utrum naturam humanam uniri Deo hypostaticè, non tamen frui includat contradictionem?

Circa primum arguitur, quod sic, quia aut illa natura nata est frui, aut non. Primo modo potest non frui. Probatio, tum quia haec unio major est unione, quae est per habitum gloriae; quia secundum Augustinum, 13. de Trinitate cap. 19. *In rebus per tempus creatae illa summa gratia, &c.* Sed contradictio est naturam unitam per habitum gloriae non frui: ergo multo magis de ista. Confirmatur per Augustinum, 13. de Trinitate cap. 9. Ubi arguit per locum a minoribus, si Filius Dei naturalis iustus est Filius hominis: igitur magis creditibile est, quod Filius hominis naturalis sit gratia Filius Dei. Si autem consequentia teneat universaliter a minori: igitur in Christo potest an antecedente, necessario ponitur consequens; & per consequens, quod

quod necessario fruatur. Tum, quia si talis natura non necessario fruatur, potest peccare, & ita Deus diceretur peccare, & damnari per consequens. Confirmatur ista probatio per Anselmum, 2. *Cap. Deus homo*. c. 10. Si primus homo erat peccabilis, quia non erat Deus: igitur est ista unio secundus homo: ex qua erat Deus, erat impeccabilis; sed non erat impeccabilis, nisi quia beatus: igitur, &c. Secundum membrum divisionis includit contradictionem; scilicet, quod aliqua natura non nata frui possit ei uniri hypostaticè; tum, quia tunc natura non personabilis personaretur. Natura enim, quae unitor personae in unitate suppositi, personatur; natura non nata frui, non est personabilis. Tum secundo, quia tunc esset communicatio idiomatum, & sic Deus diceretur esse lapis, vel ignis. Immo videtur esse perfectior communicatio idiomatum tunc, quam modo, cum quaelibet pars lapidis sit lapis, quidquid est Dei est Deus; non ita est de homine: igitur, &c. Conera, in triduo immediate uniebatur caro Verbo; & tamen non fruebatur; quidquid autem Verbum potuit conservare sibi unitum immediate, potuit immediate assumere.

In ista quaestione sent duo articuli; (a) primus de natura nata frui, an illa possit non frui; & secundus, an natura non nata frui, possit assumi. Et dicitur ad utrumque, quod non.

Ratio ad primum articulum ponitur talis: fruius completur in hoc, quod obiectum fruibile praesens immutat intellectum ad actum videndi, & per hoc erit praesens voluntati alliciens istam, ut necessarium fruat sine praesente. Sed per istam unionem est necessario ista immutatio intellectus: igitur & ipsa fruius voluntatis est necessario consequens istam immutationem. Probatio minoris. Si oculus posset videre lucem inexistente sibi, ad praesentiam lucis: necessario sequeretur, quod ipsa esset praesens, ut immutans oculum ad videndum. Intellectus autem potest videre aliquid praesens in se: igitur cum per unionem istam lux increata sit praesens intellectui in se, erit necessario praesens, ut immutans intellectum ad intelligendum. Confirmatur per Augustinum, ubi supra: ubi arguit per locum a minori de duplici unione. Praeterea. Potentia fundatur in essentia animae, non e converso: igitur essentialior est ordo, ut illud, quod est in essentia, redundet in potentiam, quam e converso, sed beatitudo non potest esse in potentia, nisi necessario redundet in essentiam: igitur non potest esse in essentia, nisi redundet in potentiam; sed per illapsum perfectum essentia animae beatificatur, quantum est beatificabilis, quia sic unum aliquid cum Deo: igitur, &c. Confirmatur, quia beatitudo prius est in essentia, quam in potentia: est enim prius in supremo naturae beatificabilis; essentia autem magis habet rationem supremi, respectu potentiarum, quam e converso: sed in essentia non potest poni beatitudo, nisi quidam illapsus specialis obiecti fruibilis; iste autem illapsus, qui est in unione, est supremus:

Tom. III.

C

& ideo